

derselben nicht steuern.“ Diese Worte zeigen, was wir unter der *pravitas haeretica*, die manchmal den Elementen, womit Bonifatius zu kämpfen hat, nachgesagt wird, zu verstehen haben. Wenn nun die Klagen über die sittliche Korruption mancher jener Brittonen oder Scoten leider nur zu sehr berechtigt waren, so muß doch das Mißverständnis noch gründlicher zurückgewiesen werden, daß sie von der katholischen Kirche völlig abweichende Glaubenslehre gepredigt hätten, daß also eine sog romfreie Kirche vor Bonifatius in Germanien oder sonstwo (in England, Schottland, Irland) existiert hätte.

(Fortsetzung folgt im nächsten Jahrgange.)

### Traktat des Johannes de Florencia über Urbans VI. Wahl (Sommer 1378) mit Glossen eines Klementisten.

Aus Cod. lat. 1469 f. LXXXII<sup>b</sup> — LXXXIII<sup>a</sup>, Cod lat. 12722 f. 201—202 v der Pariser National-Bibliothek.

Herausgegeben von Dr. Bliemetzrieder.

Serenissimo principi Ludovico Andegavis duci illustri haec epistola composita fuit per magistrum Johannem de Florencia. [F]actum sic se habet. Vacante<sup>1)</sup> papatu in Urbe per mortem sancte memorie domini Gregorii re[verendissi]mi patres sancte Romane cardinales iuxta<sup>2)</sup> canonica instituta corpus eius tradiderunt ecclesiastice sepulture et ei novenam<sup>3)</sup> in exequiis celebrarunt. Quibus<sup>4)</sup> novem diebus currentibus officiales Urbis per se et eis associatis multis nobilibus civibus pluries cum instancia supplicarunt<sup>5)</sup> et requisiverunt dominos cardinales, quatenus placeret eis eligere in papam unum Italicum<sup>\*</sup>) vel Romanum, ne scandalum inter populum effrenatum et eos dominos cardinales posset insurgere, et ne Roma et Italia, que tot annis excluse erant, pastore de lingua latina, qui principatum cognominative recipiebat ab Urbe, amplius privaretur. Quibus officialibus supplicantibus responderunt domini cardinales sub generalitatibus<sup>6)</sup>

\*) Fateris ergo periculum scandali propter populum effrenatum fuisse per officiales Urbis dominis nunciatum, nisi eligerent Romanum vel Italicum.

Signa que substituuntur codicibus: P<sub>1</sub> = Cod lat. 1469. P<sub>2</sub> = Cod. lat. 12722. bibl. nationalis Parisiensis.

1) vacante P<sub>2</sub>.

2) iuxta] P<sub>2</sub> iusta P<sub>1</sub>.

3) novenam] P<sub>2</sub> novenna P<sub>1</sub>.

4) quibus] P<sub>1</sub> cuius P<sub>2</sub>.

5) supplicaverunt et] om. P<sub>2</sub>, requisierunt P<sub>2</sub>.

6) generalitatibus] generalibus P<sub>2</sub>.

talem eligere, qui eis et Italie totique orbi et christianitati merito placeret. Transactis exequiis ad requestam cardinalium deputati sunt certi de Urbe pro custodia conclavis et unus electus in capitaneum, receptaque<sup>1)</sup> sunt iuramenta per eos<sup>2)</sup> a bandensibus,<sup>3)</sup> qui plenum Urbis dominium representant,<sup>\*\*</sup> de<sup>4)</sup> omnia observando circa conclave et libertatem cardinalium, sicut in iure serius continetur. Quibus peractis domini cardinales die Martis<sup>\*\*\*</sup>) de sero hora vesperorum intraverunt conclave. Post quorum clausuram data est conclavis custodia re[verendis] patribus dominis episcopis Marsilien[si]<sup>5)</sup> locum tenenti domini camerarii et Tudertino<sup>6)</sup> et quibusdam aliis. Adveniente hora quasi occasus solis capita regionum Urbis iverunt ad fenestram<sup>\*</sup>) conclavis supplicando dominis card[inalibus], quatenus vellent eligere in papam unum Romanum<sup>\*\*</sup>)<sup>7)</sup> de collegio vel extra; alias predicabant eis, ne populus irruerent<sup>8)</sup> in eos.<sup>\*\*\*</sup>) Quibus per unum ex dominis cardinalibus extitit responsum, ut supra, sub generalitatibus.<sup>9)</sup>

Adveniente noctis crepusculo<sup>\*\*\*\*</sup>) populus intravit palacium vociferans :†)<sup>10)</sup> „Romanum ††) volumus, Romanum ††) volumus.“ Ad cuius voces territi †††) cardinales<sup>11)</sup> elegerunt re[verendum]

\*\*\*) Attende bene, qui isti fuerunt illi qui impressionem fecerunt.

\*\*\*\*) Falsum est.

\*) Ymo intraverunt conclave invitis dominis.

\*\*) Addebant: »vel Italicum«, publice clamantes: »maco manco Italicio«, et propterea crediderunt domini in personam illius prolatore furorem.

\*\*\*) Att[ende] quod eciam fateris 2a vice fuisse idem periculum per capita regionum dominis in conclavi nunciatum, et durius propter illa verba irruerent in eos etc.

\*\*\*\*) Cave, quia hic vult dare ad intelligendum quod domini nocte quam intraverunt conclave elegerunt, ut per hoc omnia que postea facta fuerunt, videlicet illa nocte et die sequenti, ab impressione et a causa impressionis excludat, et tamen hoc est falsum, quia ymo die sequenti post missas et promissionem factam Romanis et pulsaciones campanarum etc elegerunt.

†) Att[ende] quod fateris patenter tumultum popularem.

††) Forte dices ex hoc verbo restrictam impressionem ad Romanum, sed hic mendacium secundum omnes, et si verum esset, saltem tollit hoc deliberandi liberam facultatem.

†††) Att[ende] quod fateris dominos fuisse territos.

1) que] om. P<sub>2</sub>.

2) per eos] om P<sub>2</sub>.

3) bandarensibus P<sub>2</sub>.

4) de] om. P<sub>2</sub>.

5) Massiliensi P<sub>2</sub>. — Wilhelm de la Voulte.

6) Tudertino] Cudertino (sic) P<sub>2</sub>. — Stephan Palosius, Bischof von Todi.

7) haec glossa add ab alia eadem manu quae etiam alioquin reperitur in codice.

8) irruerent P<sub>2</sub>.

9) generalibus P<sub>2</sub>.

10) vociferans P<sub>2</sub>.

11) domini cardinales P<sub>2</sub>.

patrem dominum<sup>1)</sup> tunc archiepiscopum Barenssem nacione Neapolitanum, gerentem vices domini vicecancellarii,<sup>2)</sup> et eius electionem occultaverunt timentes,<sup>\*)</sup> ne, si propallaretur<sup>3)</sup> in populo, quod ipse electus a populo non occideretur, cum non esset Romanus, ut petebant.

Secunda autem hora noctis incipiebant validius clamare: „Romanum volumus,“ et ad portas conclavis accedentes ceperunt percutere<sup>4)</sup> portas minantes mortem dominis cardinalibus, si eis Romanum non eligerent. Quibus extitit per dominos cardinales responsum, quod iam elegerant Romanum<sup>\*\*)</sup> et quod cras mane sequenti nominarent illum, ideo permetterent eos quiescere.

De mane sequenti in ostu solis accessit populus ad sanctum Petrum et campanas pulsantes ad terrorem a) intraverunt palacium, frangentes ostia,<sup>5)</sup> penoris<sup>6)</sup> vinum papale exspargentes<sup>7)</sup> et bibentes, clamabant: „Romanum volumus, alias moriantur isti proditores cardinales.“ b) s)

Quorum tumultu c) audito<sup>9)</sup> per eos ut redimerent personas<sup>10)</sup> eorum, d) imposuerunt e) ei<sup>11)</sup> capam et mitram<sup>12)</sup> quibus

---

\*) Att[ende] quia ista non fuit causa, quare electores non publicarunt, sed fuit alia, quia, licet semper ante electionem Romanum vel Italicum sub alternatione peccissent, tamen post electionem quandoque Romanum simpliciter peccerunt et ideo habuerunt non immerito dubitare, saltem ab illo tempore, an contenti essent de Italico, non Romano. Item fuit et alia causa; nam et ipsi domini omnes statim facta electione cognoverunt eam esse impressivam et nullam, vel saltem nullus fuit qui de hoc verisimiliter non dubitaret, et ideo quantum poterant, eam occultare cupiebant, ne quod verebantur accideret, hoc est, ne darent intrusum ydolum adorandum in papam; nam cum quis artatur ad aliquod malum, tardius quam potest accedit ad illud, et ideo ut se cooperirent, miserunt pro pluribus prelatiis. Nec post fractionem conclavis deliberare poterunt de modo publicacionis, et ideo etiam fuit per unum eorum nominatus Romanus dominus sancti Petri.

\*\*\*) Hoc totum falsum.

a) Ecce quarto fateris terrorem dominis cardinalibus fuisse illatum.

b) Ecce quinto fateris terrorem illatum.

c) Ecce fateris tumultum popularem.

d) Ecce iterum fateris mortis periculum.

e) Non est verum, sed est verum quod unus nominavit, et Po[n]cetus[?] clericus capelle imposuit, et c[etera].

1) dominum B[artholomeum] tunc archiepiscopum Bariensem P<sub>2</sub>.

2) vicecancellarii] etc add P<sub>2</sub>.

3) propallaretur] (sic) P<sub>1</sub>. propellaretur P<sub>2</sub>.

4) percutere P<sub>2</sub>.

5) hostia P<sub>2</sub>.

6) penor P<sub>2</sub> cum lineis abbreviationis.

7) expargentes P<sub>2</sub>.

8) Littera b de est in ms.

9) tumultum auditum P<sub>2</sub>.

10) eorum personas P<sub>2</sub>.

11) ei] om P<sub>2</sub>.

12) mitram] P<sub>2</sub> mitram P<sub>1</sub>.

papa utebatur, re[verendissi]mo patri domino cardinali sancti Petri, dicentes *f*) eum elegisse, et sic per aliquod tempus cessavit rumor.

Quo quiescente ruperunt *g*) conclave ac solarium, domini cardinales et <sup>1)</sup> furtive exiverunt aliqui pre timore, *h*) qui per populum satis aspere reducti sunt conclave, dicentes illos <sup>2)</sup> nunquam exituros conclave cum vita, *i*) nisi eis in papam Romanum eligerent. <sup>3)</sup>

Quibus inductis, ut vitam *k*) redimerent, posuerunt *l*) in sede dictum dominum sancti Petri cum mitra et capa vestitum, ut supra, et exposit unusquisque ad eorum palacium redierunt. Quo facto aliqui ex eis, scilicet sex, in castro sancti Angeli, aliqui in domibus propriis se receperunt et III.<sup>or</sup> <sup>4)</sup> extra Urbem ad castra secura eis et bene confidata iverunt. Et sic cessavit tumultus *m*) populi per eos sic prudentissime decepti, licet officialibus et maioribus Urbis foret per cardinales patefacta *n*) <sup>5)</sup> veritas de electo.

Die Iovis vero sequenti accesserunt ad palacium ad eundum dominum, olim Barensen, electum re[verendissi]mi patres domini cardinales Portuen[sis], sancti Petri, Mediolan[ensis], Maioris Monasterii et de Arragonia, <sup>6)</sup> propria et libera eorum *o*) voluntate exhibentes eidem domino electo honorem *p*) et reverenciam per card[inales] domino pape solitam exhiberi et dantes operam et modum astantibus officialibus Urbis et multis prelati super intro-  
nizacione sua.

*f*) Hoc falsum est, preterquam de uno vel duobus.

*g*) Hoc falsum est; nam Romani fuerunt qui ruperunt conclave, salvo quod dicitur quod dominus de Vernhio fecit unum foramen ad fugiendum, sed hec omnia faciunt ad probacionem seu presumpcionem iusti timoris.

*h*) Adhuc hic fateris timorem, et supra in verbo: rumor eciam fateris rumorem.

*i*) Att[ende] minas mortis, quas hic eciam fateris.

*k*) Att[ende] ut supra proxime.

*l*) Non est verum nisi ut supra.

*m*) Adhuc tumultum fateris.

*n*) Numquam audiivi hoc.

*o*) Non est verum, ymo ad continuatas et sepe reiteratas instancias et requisiciones B[artholomei] et officialium et metu mortis.

*p*) Non est verum, nec verissimile ante installacionem.

1) et] om P<sub>2</sub>.

2) illos] om P<sub>2</sub>.

3) elegerint P<sub>2</sub>.

4) quatuor P<sub>2</sub>.

5) patefacta P<sub>2</sub>.

6) Aragonia P<sub>2</sub>.

De quorum *q*) consilio missum extitit per dictum *r*) dominum electum ad castrum sancti Angeli<sup>1)</sup> ad illos sex dominos cardinales, ut<sup>2)</sup> venirent ad eum intronizandum una cum aliis, vel saltem <sup>3)</sup> committerent vices eorum illis presentibus, de quibus etiam illi domini presentes eosdem absentes strictissime rogaverunt. Ad quos ivit abbas Sitrien[sis] et ad eius requestam predicti domini cardinales fecerunt sibi<sup>4)</sup> unam cedula[m], cui unusquisque suis propriis manibus se subscripsit, in qua et per quam committebant dictis dominis, Portuen[si], et cetera, quod nominibus eorum intronizarent predictum dominum electum et unumquemque alium actum facerent qui fiendus esset in persona et de persona veri electi in sancte et universalis Ecclesie summum pontificem.<sup>5)</sup>

His peractis sumpto prandio iidem <sup>6)</sup> domini cardinales qui erant in castro Sancti Angeli videntes nullum i[m]minere periculum, si exirent, libere et sponte de dicto castro exiverunt, et<sup>7)</sup> venerunt ad palacium cum magno gaudio exultantes, et unacum aliis IIII.<sup>or</sup> <sup>8)</sup> intronizaverunt more solito eundem, confirmantes ad cautelam <sup>9)</sup> electionem singulariter et collegialiter primitus de eo factam, et sibi nomen imposuerunt et exhibuerunt reverenciam et obedienciam consuetam.<sup>10)</sup>

Altera die sponte et libere redierunt duo ex IIII.<sup>or</sup> qui exiverant Urbem, scilicet domini de Ursinis<sup>11)</sup> et sancti Eustachii et predictis omnibus cum gaudio consenserunt. Expost redierunt domini Gebenen[sis] et sancti Angeli omnia<sup>12)</sup> etiam confirmantes. Adveniente vero die dominico pasche<sup>13)</sup> resurrectionis omnes cardinales unanimiter et libere in ecclesia Sancti Petri incipientes de nocte officium ei imposuerunt de mane in ortu solis in scala sancti Petri, cernenti omnium multitudine prelatorum nobilium et

*q*) Hec confinxisti, ut colorares factum tuum.

<sup>7)</sup> Att[ende] quod se gerebat pro electo antequam esset electus libere et antequam haberet liberos consensus et antequam esset installatus et constaret sibi de voluntate aliorum et antequam esset consensus eius requisitus.

1) angelli P<sub>2</sub>.

2) ut] vel add. P<sub>1</sub>.

3) saltim P<sub>2</sub>.

4) sibi] fieri P<sub>2</sub>.

5) pontificem P<sub>2</sub>.

6) hiidem P<sub>2</sub>.

7) et] o m. P<sub>2</sub>.

8) quatuor P<sub>2</sub>.

9) cautelam P<sub>2</sub>.

10) consuetas. P<sub>2</sub>.

11) Ursino P<sub>2</sub>.

12) etiam omnia P<sub>2</sub>.

13) pache P<sub>2</sub>.

populi tam Urbis quam extra, mitram<sup>1)</sup> rotundam, regnum<sup>2)</sup> scilicet mundi, cum solempnitatibus<sup>3)</sup> consuetis, et eum sic coronatum sociaverunt de ecclesia predicta ad ecclesiam sancti P[etri]<sup>4)</sup> Lateran[ensem] et eum ibi posuerunt in sede et fecerunt eum recipere possessionem palatii Lateranen[sis] secundum antiquissimas et observatas tradiciones et formas. Et post iterum de dicto loco usque ad palacium papale reduxerunt pontificaliter et in albis induti.<sup>5)</sup> Et successive in missis publicis interfuerunt secum, exhibentes ei obedienciam et debite reverencie intersignia et sibi astantes et servientes sicut in missis et vesperis sollempnibus, consueverunt cardinales servire et assistere summo pontifici. Advenientibus autem diebus consistorialibus iverunt sponte ad consistorium et debitum<sup>6)</sup> osculacionis<sup>7)</sup> manus et<sup>8)</sup> obedienciam ei<sup>9)</sup> exhibentes interfuerunt consistoriis publicis pariter et privatis, recipientes ab eo in propriis personis, fratrum, nepotum, familiarium et amicorum provisionem<sup>10)</sup> tam dignitatum et in consistorio,<sup>11)</sup> quam inferiorum beneficiorum in camera, usquequo fuerunt in Urbe, et eciam exposit<sup>12)</sup> fecerunt illi qui secum fuerunt extra Urbem, et hoc durante usque quasi per quatuor menses dicendo<sup>13)</sup> illis<sup>14)</sup> omnibus prelatiis et aliis quod libere eum elegerunt et per consequens ipsum esse papam. Nunc autem predicti domini cardinales nescio quo ducti spiritu, sed, ut creditur, dicitur ratione<sup>15)</sup> parcialitatis et nacionis, volunt alium eligere dicentes ipsum per impressionem electum.

Queritur numquid possint, et cetera.<sup>16)</sup>

*Zur gef. Notiz:* Die Einleitung zu den vorausgegangenen vier Artikeln von Dr. Bliehmtrieder folgt im nächsten Hefte.

1) vide supra de modo scribendi.

2) regnum] regimen P<sub>2</sub>.

3) solempnitate consueta P<sub>2</sub>.

4) Petri] sic P<sub>1</sub>, Joh[ann]is P<sub>2</sub>.

5) indumentis P<sub>2</sub>.

6) debitam P<sub>2</sub>.

7) osculacionis P<sub>2</sub>.

8) et] om. P<sub>2</sub>.

9) ei] om. P<sub>2</sub>.

10) provisiones P<sub>2</sub>.

11) et in consistorio] om. P<sub>2</sub>.

12) exposit] similiter add. P<sub>2</sub>.

13) dicendo] P<sub>2</sub>. P<sub>1</sub> inclarus.

14) illis] om. P<sub>2</sub>.

15) dicitur ratione] om. P<sub>2</sub>.

16) et cetera] om. P<sub>2</sub>.